

At alii diversa sentiebant; arbitrabantur scilicet, omnes indiscriminatim alienantes excommunicatione Paulina percilli; Episcopos autem et Abbates etiam interdicto ab Ecclesiae ingressu fuisse multatos; sicut et inferioris ordinis clericos beneficiorum privatione, administratione etc; hos scilicet duplici poena irretiri fatebantur. Hanc sententiam cum aliis Canonistis propugnat Thesaurus, qui *De poenis ecclesiasticis p. 78. Edit. 1831.* scribit: « Primo enim incurrunt excommunicationem, quae procedere videtur etiam contra Episcopos et Abbates... et confirmatur, quia secundum veriore sententiam, haec excommunicatio est generalis quoad personas, ut omnes comprehendat, sive sint laici... sive Episcopi, seu Abbates... etenim poenae additae ibidem non restringunt primam poenam, sed aggravant contra ecclesiasticos, ut patet ex textu, si attente legatur. »

Cum itaque Pius Papa IX excommunicavit alienantes bona Ecclesiae ad formam extravagantis *Ambitiosae*, si in ea excommunicatione, iuxta primam sententiam, nec Episcopi nec Abbates tenebantur, nec

beneficiariis et aliis administrationem habentibus... Propterea religiosus subditus, aut alius quicumque, qui nullo iure administrationem habeat, arbores incidit, domos demolitur, aut aliquid Ecclesiae destruit, vel in alios distrahit et alienat, aut fundos immutat, non ligatur, ista excommunicatione, seu poenis Extravagantis.

(1) Probanda hinc non sunt quae scribit cl. De Varceno *Theol. Moral. Tom. 2, pag. 503*: Diximus modo non sint Episcopi vel Abbates; hi enim incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae, et si per sex menses in interdicto permanserint, suspensi remanent a regimine et administratione Ecclesiae vel Monasterii cui praesident.

in piano Capite tenebuntur. Consequens hinc esset, post Pianam Constitutionem hos neque interdicto neque suspensione ligari, si Ecclesiae bona quomodocumque distraherent; non quidem interdicto cum a Pio Papa IX renovatum non fuerit, non suspensione quia haec consequeretur interdictum, et inflicta fuerit non alienationis causa, sed contumaciae (1).

Quid ergo dicendum? Practico profecto iudicio quaestionem eiusmodi dirimendam esse dicimus.

1. Certum est, Pium Papam IX excommunicasse alienantes et recipere praesumentes bona Ecclesiae ad formam Extravagantis *Ambitiosae*: voluit ergo ut ad tramites praedictae dispositionis poenae incurrerentur.

At 2. certum pariter est, plurimos et summi nominis Doctores putasse, Episcopos et Abbates alienantes bona Ecclesiae Paulina excommunicatione non teneri, sed tantum interdicto, et suspensione si per sex menses in interdicto perseverassent contumaces. Atqui doctorum plurimorum atque praestantissimorum iudicium sententiam aliquam probabilem constituit; nemo

autem de excommunicatione damnari oportet, si ratio vere probabilis eum excommunicatione eximat; ergo post Pianam Constitutionem non sunt Episcopi et Abbates alienantes bona ecclesiastica de excommunicatione damnandi, atque nulla poena tenentur si illa utcumque distraherent.

De cetero non desunt Commentatores qui huic faveant sententiae. Reatinus *pag. 99. Edit. 3,* scribit: « Excommunicationem autem incurrunt alienantes et recipientes. Alienantes, excepto Episcopo, Recipientibus Ecclesiarum et beneficiatis; recipientes omnes prorsus. »

De Varceno loc. cit. *pag. 503.* « Per alienantes intelliguntur etc., modo non sint Episcopi vel Abbates, ut patet ex ipsis verbis Extravagantis. »

Idipsum scribit P. Ballerini in notis ad Gury *pag. 1006. Edit. 1878 Romae.* « Haec sanctio non comprehendit... neque omnes alienantes, sed solum quibus administratio concedita est, quin et

(1) Comment. n. 429: Theologi ex ipso Extravagantis contextu aliam etiam limitationem colligebant, ac fere communiter tradebant, alienantes non subiicere excommunicationi huic, nisi eorumdem bonorum habeant legitimam administrationem... Verum si non habentes administrationem ab hac contrahenda censura immunes iudicantur, graviore poenae obnoxii esse possunt, veluti *invadentes* et occupantes, vel in proprios usus convertentes bona vel iura Ecclesiae.

(2) Scilicet: Si quem laicorum vel Clericorum quacumque dignitate etiam regali aut imperiali praefulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupaverit, ut cuiusvis Ecclesiae vel loci pii iurisdictiones, bona, census, iura, fructus, et quascumque obventiones vel emolumenta quae in ministrorum et pauperum necessitates converti debent, vi vel timore incusso, seu quacumque arte, aut quocumque quaesito colore in suos usus convertere, illosque usurpare praesumpserit,.... anathemate tamdiu subiaceat, quamdiu ea quae occupaverit.... restituent etc.

» ex his excipiendi sunt Episcopi » et Abbates, qui non excommunicationis, sed interdicti ab ingressu » Ecclesiae poena plectuntur. » Ut alios praetermittamus.

Ex praemissis animadvertunt Lectores unos administratores ab nonnullis subiici excommunicationi illatae in Extrav. *Ambitiosae*; exinde cl. Commentator Patavinus infert, eos qui administratores non sunt, atque bona ecclesiastica alienant, excommunicationem incurrere indictam in occupantes vel invadentes, aut in proprios usus bona ipsa convertentes. (1)

At eiusmodi sententia admittenda non videtur. Alienantes enim qui administratores non sunt vel incurrerent excommunicationem speciali modo reservatam et indictam Cap. XI. 1 Clas. in usurpantes bona, iura, redditus ad personas Ecclesiasticas ratione suarum Ecclesiarum aut beneficiorum pertinentes; vel excommunicationem latam a Concilio Tridentino *Sess. XXII. de Reform. Cap. XI.* (2)

Atqui neutrum. Etenim in utroque loco sermo est de occupatione quae vel auctoritate, vel violentia peragitur; ut relate ad Tridentinum patet inter alia ex verbis *vi vel timore incusso*, relate ad Pianum Caput ex verbis *usurpantes, sequestrantes* quae pariter violentiam important et auctoritatem, ut nos etiam probavimus Commentarii nostri *Vol. 1. pag. 364.*

Observandum demum est, in antiquo iure excommunicationi subactos fuisse a Paulo II. Const. *Cum in omnibus* etiam Delegatos Apostolicos vel Commissarios, qui sine legitima causa in eiusmodi alienationem assensum praestabant; eosque etiam qui fraude, dolo, precibus importunis etc. illam procurabant. (1)

At Romanus Pontifex Pius IX cum eiusmodi excommunicationem in Constitutione *Apostolicae* non renovavit, hi illata censura eximuntur.

Sicut eximuntur mandantes, consulentes, et fautores quilibet quos pariter praetermisit.

Et haec quidem quoad alienan-

(1) §. 2. « Si quis autem Commissarius, vel delegatus conscientiae suae prodignus, in gravamen aut detrimentum Ecclesiae, per gratiam aut timorem, vel sordes alienationi consenserit, aut decretum vel auctoritatem interposuerit, inferior quidem Episcopo sententiam excommunicationis incurrat; Episcopus vero aut Superior ab executione officii per annum se noverit suspensum, ad extimationem detrimenti Ecclesiae illati nihilominus condemnandus, sciturus, quod si suspensione durante damnabiliter ingesserit se in divinis, irregularitatis laqueo se involvet, a quo non nisi per summum Pontificem poterit liberari.

§. 3. « Is vero qui dolo vel fraude, aut scienter in detrimentum Ecclesiarum alienationem fieri procuraverit, aut per sordes, vel impressionem alienationis decretum extorserit, similem sententiam excommunicationis incurret, a qua non nisi per Romanum Pontificem possit absolvi, ad restitutionem nihilominus rerum alienatarum cum fructibus, quaecumque de praemissis constiterit, condemnandus. »

tes. Quoad vero recipientes bona ecclesiastica, nulla datur exceptio, etenim indiscriminatim in cit. Extravaganti dicitur: *quam is qui alienatas res et bona praedicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat.* Atque dum infra alienantibus, si Episcopi vel abbates fuerint, interdictum comminatur et infert, recipientibus nil aliud; hi ergo, quicumque fuerint, unam sententiam excommunicationis incurrun-
t.

III. Superest ut expendamus tertiam Capitis partem, qua disserendum est de conditionibus necessariis ad hanc incurram excommunicationem.

Triplicem porro conditionem ex lege statuimus. 1. ut alienatio et receptio sit de bonis immobilibus aut pretiosis mobilibus Deo dicatis. 2. ut contractus sit perfectus. 3. ut adsit praesumptio in recipientibus.

Et relate ad primum. E recentioribus commentatoribus nonnulli affirmant, bona immobilia stricto prorsus sensu esse accipienda, ita

ut excludenda sint tum quae immobilia censentur destinatione patris familias, ex. gr. granaria in terris defossa, tum quae ex lege, uti *ususfructus, actiones reales, etc.* tum ea quae solo tenentur, ut arbores etsi grandiores, et fodinae. (1)

Alii vero Commentatores latiori sensu bona immobilia accipiunt, et ut arbitramur rectius.

Etenim 1. eiusmodi lex favorabilis Ecclesiae est; nulla igitur necessitas eam stricto accipiendi sensu. 2. Pius Papa IX bona immobilia ad sensum Extravagantis Ambrosiosae expressit. Ergo perpendendum est, an haec bona in Paulina lege stricto sensu vel latiori acciperentur. Atqui nil magis exploratum, quam latiori sensu ab Doctoribus accepta fuisse, et quidem non proprio iudicio ductis, sed legibus extantibus. At si leges sint quae nonnulla bona inter immobilia reponant, supponere non possumus,

Paulum II ea excludere voluisse, subditis non monitis; sed neque Pium Papam IX qui Paulinam legem restituit, nulla facta exceptione. Comprehendenda sunt igitur sub Piana lege ea omnia bona, quae inter immobilia sub Paulina Extravaganti comprehendebantur. (2)

Atqui comprehendebantur nempe immobilia proprie dicta, sed etiam iura et actiones ad immobilia, servitutes insuper praediorum, iura piscandi, venandi et huiusmodi, ut *L. ult. §. fin. Cap. De praescriptionibus long. temp. Eadem observando, et si res non soli sint, sed incorporales, quae in iure consistunt; veluti ususfructus, et ceterae servitutes.* Et concordat Clement. 1. h. t. illis verbis: *Iura, redditus, aut possessiones eiusdem Monasterii.* Siquidem haec omnia fixa manent, et instar immobilium afferunt fructum suum. His addendus, seu annuos redditus, uti

(1) Ita clar. Comment. Reatinus *pag. 96. Comment. Edit. 3;* qui insuper in nota 12 subdit: « Sane si immobilia non accipimus stricta significatione, his arbores et fructus quoque pendentes accenseri oportebit. » Verum non intelligimus quomodo haec cohaereant cum iis quae vir doctissimus scripsit in *Summa Theologiae Moralis, part. 3, pag. 73, n. 78, Edit. II, 1883,* scilicet: « at vero immobilia praetiosa, ex iure novo, sine beneplacito Sedis Apostolicae alienari prohibentur. Bonorum autem et alienationis vocabula, hoc iure, latius accepta sunt. » Etenim bona (immobilia) accipere debemus et ea quae fundo tenentur, ceu fodinae, et arbores frugiferae, vel praedio necessariae, iura realia, uti census, redditus ex versuris publicis (debito publico), et pecuniam praediis vel mobilibus praetiosis acquirendis destinata ab iis qui eam contulerint, donaverint, reliquerint. » Et quidem verius ut nobis videtur.

(2) Non negamus, ab Reiffenstuel *lib. 3 Decret. Tit. XIII, §. 1, n. 7 seqq.* affirmari quod iura et actiones habendae non sint neque immobilia, neque mobilia, sed constituent tertiam quamdam speciem; tamen iura et actiones reales reponit inter immobilia: « nihilo minus in proposito nomine immobilium etiam comprehenduntur iura et actiones ad immobilia.

habetur in Clement. Exivi. *Cumque annui redditus inter immobilia censentur a iure.* Ita Reiffenstuel *loc. cit. nn. 9, 10, 11.*

Nomine immobilium veniunt omnia quae loco moveri non possunt, ut praedia, domus, agri et similia. Et quantum ad praesens veniunt etiam nomine immobilium servitutes praediorum, ut iura piscandi, venandi et similia. Sic etiam veniunt nomine immobilium census et annui redditus... iura et actiones ad immobilia... Sic tandem venit certa summa pecuniae specialiter deputata ad emptionem immobilium, censuum, vel mobilium pretiosorum, vel ad aedificandam Ecclesiam, aut pro gravissimis Ecclesiae necessitatibus, maxime si cum Superioris et Clericorum consensu ad id fuerit retenta. Ita Ferraris V. *Alienatio, Art. 1, N. 3, 4, 5, 6.*

Atque ita alii non pauci qui etiam a relatis Canonistis citantur.

(1) Hoc in loco Ferraris addit *loc. cit. n. 8.* Sic etiam nomine mobilium pretiosorum veniunt insignes reliquiae sanctorum, maxime si in Ecclesiae muro sint clausae, vel ibi perpetuae sepulturae traditae, quia etsi pretio non aequentur, sunt tamen super omne pretium.

Idipsum docet Schmalzgrueber *loc. cit. n. 5.* Reliquiae Sanctorum insignes, quales sunt caput, brachium, manus, pes alicuius sancti, et multo magis totum eiusdem corpus; nam cum, Chrisostomo teste, *hom. de Laud. S. Pauli*, auro, argento, gemmisque et omni thesauro pretiosiores sint, alienari libere non permittuntur, ut patet ex stylo et praxi Curiae Romanae etc. Idipsum vero docet Reiffenstuel *loc. cit. n. 13.*

E Commentatoribus Const. *Apostolicae Sedis* hanc sententiam tuentur tum scriptores de *la Nouvelle Revue Théologique Tom. XI, pag. 514*, tum *Commentator Patavinus pag. 272, n. 372*, atque alius aliquis. Verum eiusmodi sententiam apodiptica ratione excludit Com. Reatinus scribens *pag. 96.* Eoque minus (veniunt sub nomine mobilium pretiosorum) reliquiae pretiosae, ceu visum nonnullis; quod alienum est et a mente Pauli II, et a proprietate verborum; nemo

Attamen fatemur ingenue, alios esse, qui eiusmodi iura, actiones, census etc. inter immobilia bona non referant, sed inter mobilia praetiosa, quos inter Schmalzgrueber *Ius Eccl. Tit. XIII De rebus Eccl. non alienand. §. II, n. 27, 28 et seqq.* Pro re nostra tamen in idem recidit, cum excommunicatio incurrat pro alienatione tam immobilium, quam mobilium pretiosorum.

Quae vero sint mobilia praetiosa ex iisdem auctoribus desumimus.

Itaque nomine mobilium pretiosorum, quae alienari non possunt, veniunt quae sunt de thesauro Ecclesiae, vel quae propter pretium, artem, raritatem et antiquitatem conferunt Ecclesiae specialem splendorem, ut sunt vasa aurea, argentea, vestes pretiosae, gemmae, ornamenta pretiosa, copiosa bibliotheca librorum. (1)

Item nomine mobilium veniunt illa mobilia, ex quorum fructibus

annui redditus solent percipi ab Ecclesia, seu monasterio, ut grex ovium, armentum bovum, praeseptum equorum; non autem eorum fructus, cum licitum sit vendere et alienare arietes, equos, vitulos, haedos etc. Item veniunt arbores frugiferae, seu praedio necessariae, ut illis sublatis praedium reddatur graviter deterius.

Haec vero quae ex cl. Ferraris excrisimus communia sunt ceteris Canonistis, (1) ita ut de sententiae veritate dubitare non possimus.

Duo tamen ad rei claritatem veritatemque sunt advertenda: 1. et quod eiusmodi bona immobilia et pretiosa mobilia postquam Deo dicata sunt, et prorsus in Ecclesiae proprietatem devenere, talia sunt ex natura sua; qua de causa quamvis potestas civilis eiusmodi qualitate in bonis ecclesiasticis minime recognosceret, exinde non liceret Administratoribus illa alienare sine Beneplacito *Sedis Apostolicae*, dummodo ob angustiam temporis ad id non compellantur; cum sin minus bona amitterent; hoc enim in casu concurrat necessitas una cum pietate et utilitate coniuncta.

2. Quod haec bona mobilia vel immobilia alicuius pretii esse de-

bent; si enim minoris aestimentur, utique sine beneplacito Apostolico alienari possunt. Id vero patet tum ex iure, tum ex Romanarum Congregationum decretis; ex iure quidem, quia Caput *Terrulas* per Extravagantem *Ambitiosae* abrogatum non fuit; illo at in capite sancitum est: « Terrulas, aut vineolas exiguas, » et Ecclesiae minus utiles, aut » longe positas et parvas, Episcopus » sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habet potestatem. » *Can. 53, Caus. 12, quaest. 2.* Id vero confirmatum fuisse decretis Romanarum Congregationum ex responsione S. C. Concilii patet, quam refert Fagnanus in *Cap. Nulli N. 25* scilicet: « An » stante Decreto Concilii (Tridentini) Cap. 11 Sess. 25, et Extravagantis quae incipit *Ambitiosae* » *De rebus Ecclesiae non alienandis* auctoritatem suam in alienationibus rerum ecclesiarum ad praescriptum Cap. *Terrulas* Caus. » 12, 2, 2. Episcopus interponere » ex Concilio Tridentino non fuisse derogatum facultati concessae Episcopis per Cap. *Terrulas*, caus. 12 » q. 2. »

Verum ex iuribus constitutis non adeo facile est definire, ad quam summam valor iste rerum

enim eas in patrimonio nostro esse dixerit. Quibus nos addimus, a Curia Romana optimo iure insignium reliquiarum venditionem prohibitam esse; at Curia Romana reposuit ne aliquando decreto aliquo, reliquias insignes inter bona mobilia, quae si alienentur excommunicatio incurritur? Id nos quaerimus.

(1) Cf. Schmalzgrueber et Reiffenstuel in locis cit.

minorum assurgere debeat. Varia nos hinc decreta et Doctorum sententias referemus, ut deinceps quid in facto tenendum sitprehendamus. Ab initio S. Congregatio Concilii censuit valorem eiusmodi ex iure communi petendum esse, ut patet ex sequenti responsione quam Episcopo Messanensi porrexit. Exposuerat Episcopus: « Cum » in civitate et Dioecesi Messanen- » si essent nonnulla pia legata par- » vi redditus, veluti arbor olivae, » aut domus quae ruinam minaba- » tur, et fere diruta, aut terrulae, » vel vineolae, quarum fere nulli » erant fructus, petiit Archiepi- » scopus sibi facultatem fieri hu- » iusmodi legata alienandi, et in » evidentem Ecclesiae utilitatem » convertendi, nec non declarari » ad quam usque quantitatem li- » ceat Episcopo alienare.

» Die 14 Decembris 1613 S. » Congregatio Concilii censuit, Cap. » *Terrulas 12 quaest. 2* non fuis- » se sublatum per Extravagantem » Pauli II, quae incipit *Ambitio-* » *sae*. Ceterum ad quam usque quan- » titatem liceat Episcopo alienare » petendum esse ex iure commu- » ni. » Apud Fagnanum *loc. cit.* (1)

Attamen, inquirentibus Episco- » pis, S. Congregatio Concilii coepit » summam decernere, quae excedi

(1) Hinc etiam Reiffenstuel *loc. cit.* n. 38 iudicis arbitrio quantitatem summae dimittit. « Quatenam autem dicatur res exigui valoris, cum id iure definitum non sit, est relinquendum iudicis arbitrio, qui consideratis Ecclesiae alienantis facultatibus, valore rei alienandae, et loci consuetudine, aestimabit et indicabit, » an huiusmodi res sit modica nec ne. »

non posset. Ita anno 1665 Dioecesis Melphitanae consuetudinem prohibuit, qua alienabantur bona quae non excedebant centum centusses (ducati) id est libellas 415; ita Card. Petra eiusmodi decretum refert *ad Const. V Pauli II, sect. II n. 65*.

« Ex relatione hodierni status eius » ecclesiae nuper exhibita ex par- » te D. Archiepiscopi Amalphantani » per Procuratorem sacra limina » visitantis: 1. Ex antiqua consue- » tudine licebat Archiepiscopis prae- » decessoribus rerum Ecclesiarum » alienationem concedere, quae » pretio centum ducatorum regni » aestimabantur, iuxta Canonem » *Terrulas*; et praedecessor meus, » clero populoque refragante, in » sua Synodo cum statuisset quae » quadraginta (lib. 170) iudicaren- » tur. Nunc pluries eisdem flagi- » tantibus in Synodo, quae quo- » tannis celebratur, praedictam con- » suetudinem observari: an sit in- » dulgendum, considerata incola- » rum paupertate, cuius gratia sae- » pe saepius emptores non inve- » niuntur ob expensas in Curia fa- » ciendas. »

Quaeritur: an praenarrata con- » suetudo sit toleranda?

Sacra Congregatio censuit: ad » primum non esse tolerandam.

Ex quo decreto intelligimus a

S. Congregatione Concilii improba- » tam fuisse alienationem bonorum » ecclesiasticorum, quae attingerent » summam francorum 425.

At non multo post eadem S. » Congregatio Concilii, quod anno » 1611 iam perfecerat S. Congregatio » Episcoporum et Regularium, sum- » mam determinavit quam excedere » non possent bona sine Apostolico » beneplacito alienanda, quae summa » assurgit ad vigintiquinque scutata » aurea de Camera, scilicet ad libel- » las 225. Id novimus ex decreto » praedictae Congregationis edito die » 1 Maii 1840, quod ita legimus a- » pud Trombetta *loc. cit., cap. V. » n. 9.*

« Quum Episcopus Terracinen- » sis exponeret, se in aliis Dioe- » cesibus vidisse summam, quae » ordinariam Episcoporum faculta- » tem ipsis vi Canonis *Terrulas* » competentem non excedat, usque » ad quinquaginta, imo et ad se- » xaginta scutata assurgere; ac » proinde declarationem posceret, » an revera hucusque sese exten- » dere possit; et in casu contrario, » cuiusdam contractus sanationem » postularet; Sacra Congregatio E- » piscoporum et Regularium re- » spondit: Servanda esse Decreta » S. Congregationis Episcoporum » et Regularium diei 22 Martii » 1611, et S. Congr. Concilii in » Baren. 12 Aprilis 1698, nempe: » non posse Episcopum concedere » facultatem ultra vigintiquinque » scutata aurea de Camera, ac pro-

» pterea S. Congregatio facultates » concedit Episcopo Oratori sanan- » di ac revalidandi contractus, quos » ultra enunciata summam iuxta » preces permiserit. »

Hisce tamen nihil obstantibus, » inter declarationes et resolutiones » quae sequuntur *Caput XI Sess. » XXV de Reform.* Concilii Tridenti- » ni, *Edit. Neap. 1859* reperimus » sequens S. Congregationis Concilii » Decretum.

« In Forosempronensi Ecclesia » invaluit consuetudo, qua Episco- » pi decessores veniam tribuere » consueverunt alienandi bona ec- » clesiastica, Romanorum scutato- » rum quinquaginta aestimationem » non excedentia. Modernus Epi- » scopus verens, ne huiusmodi con- » suetudo canonibus atque Aposto- » licis constitutionibus adversare- » tur, priusquam eam divellere, » aut confirmare aggrediretur, Se- » dis Apostolicae sensum exquiren- » dum deliberavit. Quamobrem in » status suae Ecclesiae relatione » postulavit, num memorata con- » suetudo sive centenaria, sive qua- » dragenaria sit probanda? S. Con- » gregatio respondit *affirmative.* » *Forosempron. 21 Iulii 1827.* »

Atqui ex relatis decretis intel- » ligimus.

1. Romanas Congregationes im- » probasse alienationem bonorum » quae attingerent summam franco- » rum 425.

2. Eas determinasse eiusmodi » summam ad francos 225.